




Ad Bibliothecam Magistratus NeoStrel.



9004.

GK





201.

74

CHRISTIANI THOMASII, I<sup>C</sup>T<sup>I</sup>  
SACRAE REGIAE MAIESTATIS IN BORVSSIA  
CONSILIARII INTIMI, ACADEMIAE FRIDERICIANAE DI-  
RECTORIS, PROFESSORIS IVRIS PRIMARII, AC FA-  
CVLTATIS IVRIDICAE ORDINARII

TRACTATVS IVRIDICVS 17

DE

ORIGINE  
PROCESSVS  
INQVISITORII.

---

Som Ursprunge  
der INQVISITION= PROCESS-Ordnung.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA OLIM PVBLICE  
PROPOSITVS.

EDITIO NOVISSIMA PRIORE ACCVRATOR.

---

WITEBERGAE ET LIPSIÆ  
APVD EPHRAIMVM GOTTLÖB EICHSFELDIVM.

1735.

(6)

CHRISTIANI THOMASI  
SACRAE THEATRI LIBRARIÆ  
CONSTITUTÆ. PROSESSESORIS  
CIVITATIS LZZIDICIA ORTINATÆ.

TAVTAZ TURKICA

ОРИГИНАЛ  
ПЯЗДА  
И ПОДНЯМОК

СИГИЛЛОН  
ВЪЗДЕХОВЪ

И СОДРЖИТИЕ

СИГИЛЛОН  
ВЪЗДЕХОВЪ



TRACTATVS IVRIDICVS  
DE  
ORIGINE  
PROCESSVS IN-  
QVISITORII.

§. I.



Nquisitorius Processus, (a) de cuius *Processus*  
origine quaerimus; est ordo iudi-  
cialis, secundum quem iudex ex of-  
ficio (b) secundum normam indi-  
ciorum quorundam (c) inquirit in  
delicti alicuius commissi (d) auto-

*inquisitorii  
definitio.*

A 2 rem,

(a) Non est animus, ut ex-  
actam definitionem Processus in-  
quisitorii dare uelim, que etiam  
in negotio ab arbitrio humano  
dependente et variante uix tradi-  
potest. Sed solum indicare uolu-

mus, quae, qualis, et quanta sit il-  
la res, de cuius origine quaeri-  
mus, et in quoniam consistant po-  
tissima differentiae inter pro-  
cessum accusatorium et inquisi-  
torium. Vbi tamen iterum asser-  
tiones

4 TRACTATVS IVRIDICVS, DE ORIGINE

rem, cumque secundum diuersitatem circumstantiarum carceri (e) includit, ac deficientibus plerumque probationibus (f) ad eruendam eius confessionem variis mo-

tiones hic positae non erunt ad apices et minutias examinandae, sed potius secundum id, quod plerumque fit, considerandae.

(b) Id est sine accusatore uero. Nam etsi in processu inquisitorio etiam ad sit accusator solennitas gratia, aut etiam in quibusdam locis aduocatus fisi aliquam figuram accusatoris agat; tamen hi omnes non sunt accusatores ueiri. (Accusator uerus est, qui sponte, non coactus, etsi forte praemio excitatus, nec dependens a nutu et arbitrio iudicis, aliquem de criminis accusat, et si per calumniam id faciat, aut alio modo aduersus leges et utilitatem publicam in accusationis persecutio aut neglectu peccet, punitur.) Ergo iudex hic semper duas sustinet personas, actoris et iudicis.

(c) Notum est, indicia triplicis esse generis, ad inquisitionem, ad capturam et torturam. Cur non ad poenam? Respondeo, quia uidelicet inquisitorius processus non condemnat secundam indicia, tanquam argumen-

ta dubia, sed uult probationes lucce meridiana clariiores, scilicet corpus delicti, indicia, et, si duo testes de ipso crimine commissio deponentes non adfint, confessionem rei. Interim illa indicia ad inquirendum, capendum et torquendum non sunt determinata, sed ex natura rei vaga et indeterminata, arbitrio hominum maxime uarianti subiecta, ac ita multis abusibus obnoxia.

(d) In hoc valde differt processus inquisitorius ab accusatorio. Hic posterior praesupponit delictum commissum, certe accusatori, antequam accuser, de eo debet constare, si nolit se periculo subiicere. At in processu inquisitorio datur inquisitio generalis, an delictum sit commissum, cuius simile aliquid non deprehenditur in processu accusatorio.

(e) Squalido et cruciatum animo aut corpori suspecti de delicto ex natura sua afferente, quod etiam ignorat processus accusatorius communiter.

(f) Quia delicta clam fiunt.  
Ergo

modis torquet (g), ac post torturam reum uel absoluit, uel condemnat ad poenam moribus receptam (h) patiendam, eamque poenam secundum certum ordinem praescriptum uel usitatam (i) exequitur.

## §. II.

Ergo per testes et instrumenta raro probari possunt, scilicet ultimi actus consummantes. Interm tamen poterunt probatio- nes indirectae fieri et artificiales. Nam probatio est actus, qui fidem facit iudici. Fides uero ori- tur etiam ex testibus, qui de cir- cumstantiis antecedentibus et concomitantibus deponunt. I- mo nec fides ex testibus de actu immediatis deponentibus maior est sua natura, quia ipse iudex tam non scit, sed credit, et tot possunt esse rationes dubitandi circa depositionem talium testi- um, quam in probatione artifici- ali. Igiter processus inquisitorius ignorat probationem artificia- lem. Nam illud exemplum: Pe- perit, ergo non est virgo, pertinet ad artifia rustica et crassifi- sima.

(g) Potest quidem etiam tor- rae esse locus in processu accusa- torio. Non tamen errabimus, si eam etiam dixerimus esse inuen- tum processum inquisitorii, et huic proprium, ratione uidelicet

regularum torquendi et gene- rum torturae, item ratione uni- versalitatis, et quod remedium ordinarium factum fuerit ad in- quirendam ueritatem occultam. Cum contra apud plerosque po- pulos, ubi in usu fuit processus accusatorius, aut adhuc est in usu, uel nulla tortura usurpata, uel certe non ad omnes personas li- beras applicata fuerit.

(h) Si exactius paulo examina- re uelis differentiam inter pro- cessum inquisitorium, et accusa- torium, deprehendes etiam apud gentes, quibus processus ac- cusatorius placuit, non omnia ui- tia, quae in processu inquisitorio ut crimina puniuntur, pro crimi- nibus poenalibus fuisse habita, aut si uel maxime talia delicta in- ter crimina fuerint relata, minoribus poenis uero, quae una cum inquisitorio processu fuere intro- ductae, plerumque grauiores, et quandoque a crudelitatis nota uix excusandas esse.

(i) Etiam hoc intuitu deprehen- detur, aliis gentibus, quibus pro- cessus

## 6 TRACTATVS IVRIDICVS, DE ORIGINE

*Status con-  
troversiae.*

De originine huius processus inquisitorii communis Dd. sententia est, eum partim ex iure naturae, partim ex Scriptura Sacra, aut lege Mosaica, partim ex iure Romano esse derivandum (k). Verum enim uero nobis contra uidetur, eum soli iuri Canonico et clero Pontificio debere originem, id intendentri, ut subspecie iustitiae imperium in laicos, uariis artibus diu quae situm, confirmaretur.

*Circa ius  
natura & que-  
stiones tres  
distinctae  
non sunt  
confunden-  
dae.*

Et initio quidem, quod ius naturae attinet, non confundendae sunt questiones distinctae : Non enim quaeritur I. An in genere incumbat Magistratui politico, ut operam det, quo delinquentes puniantur (l); sed in specie, an ea cura requirat processum inquisitorium, p[ro] accusatorio (m). II. Non quaeritur : An processus inquisitorius plane repugnet dictamini rectae rationis (n), sed uter processus magis conducat Reipublicae, processus accusatorius, an inquisitorius(o). III. Non quaeritur :

cessus inquisitorius fuit incognitus, alio modo exequendi poenas debitas fuisse usas.

(k) Non opus est, ut hic dissentientes allegemus, cum partim sicut res notissima, partim uero ideo abstineamus ab eorum allegatione, cum propositum hic sit, salua eorum existimatione et ueneratione, dissensum nostrum rationibus praegnantibus, seposito praeiudicio autoritatis, modeste proponere. Quanquam non sit

diffitendum, plerosque eorum sequi praeceuntem Carpzouium Pract. Crim. qu. 103.

(l) Quis enim hanc assertione in dubium unquam vocaret?

(m) Et quidem processum inquisitorium, prout a nobis descriputus est §. I.

(n) Si enim plane repugnaret, nec extra ordinem posset adhiberi.

(o) Nullum est dubium, quod, uti omnes actiones humanae et iam

ritur: an, ubi processus accusatorius receptus est, plane debeat cessare omnis inquisitio magistratus et poena delinquentium, etiam ubi delicta sunt notoria, et nemo uult accusare (p); sed quaeritur : An inquisitorius processus tanquam remedium ordinarium (q) recipiendus sit in republica p[re]a processu accusatorio (r).

## §. IV.

alias maxime indifferentes, abu-  
sui pariter ac iusto usus sunt obno-  
xiae, ita uel maxime eriam pro-  
cessus accusatorius potest suis  
naeuis labore. Cum tamen nae-  
ui hic intelligentiae non tales, qui  
ex mera malitia hominum ori-  
untur, etiam inuentis saluberrimi-  
mis et prudentissimis abutenti-  
um, sed qui afficiunt ipsum sta-  
tum reipublicae ac leges uel mo-  
res eiusdem, ubi nempe leges uel  
mores anfam praebent, et  
multas occasiones suppedi-  
rant abuti uolentibus ob-  
fectum prudentiae in legis-  
lato[re], uel eius neglectum; inde  
haut dubie ille processus alteri  
praeferendus erit, qui tot abusi-  
bus non est obnoxius, quam alter.

(p) Quod uariis modis contin-  
gere potest; si delinquentes sint  
ualde potentes, siudices ipsi delinquentibus faueant, aut pariter  
eiusdem delicti rei sint, si magna

sit delinquentium copia, ut  
accusator justam meruendi peri-  
culi causam habeat, etc.

(q) Ergo non negamus, quod extra ordinem magistratus possit  
inquirere in delinquentes eius-  
modi, eosque conuictos aut no-  
torios, etiam deficiente accusa-  
tore, punire. Quamuis et hic  
addendum sit, aliud esse, inquire-  
re in publicos et notorios delin-  
quentes, eosque absq[ue] praecedente  
accusatione damnare; aliud ef-  
fe, an processus inquisitorius a no-  
bis definitus sit aptus, ut etiam  
extra ordinem magnam utilita-  
tem in Republ. praebeat. Etenim  
nec hoc nobis uidetur. Unde dis-  
tinguere etiam poteris inter in-  
quisitionem et processum inqui-  
sitorium: Quamuis haec distinc-  
cio iam lateat sub dictis §. I.

(r) Notandae fuerunt hae con-  
fusiones, et si satis euidentes, quia  
dissentientes perpetuo hic impin-  
gunt;

8 TRACTATVS IVRIDICVS DE ORIGINE

Probatio  
bic incum-  
bit diffenti-  
entibus.

Cum vero processus accusatorius p[re]a inquisitorio apud omnes Gentes receptus, et processus inquisitorius nouioribus temporibus demum introductus fuerit (s), non opus est, ut nos probemus, processum inquisitorium non esse meliorem accusatorio (t), sed exspectabimus potius, quid contra accusatorium pro inquisitorio afferant Doctores, originem processus inquisitorii ex iure naturae deducentes. (u)

Oyos ta-  
men

Sed cum id non nisi superficiarie fieri soleat a dis-  
sen-

gunt; quod miraremur fieri, etiam a J[ohannes] C[onradus] Pro[er]testantibus et uiris alias magni nominis, nisi recordaremur simul J[ohannes] C[onradus] Protestantes et uiros magni nominis etiam esse homines, difficulter sentientes errores, qui comuni autoritate per longum tempus in scholis introducti et in libris systematicis et pragmaticis propagati sunt. Et quamvis istae confusiones hic memoratae etiam ocurrant in quaestionibus de origine processus inquisitorii ex scriptis literis, uel iure Romano deducta, tamen opus fuit, ut uel maxime intuitu iuris naturae istae quaestiones confusae distinguerentur, quia neglectus huius observationis in quaestione de iure naturae in causa fuit, ut Docto-

res dissentientes confusionem istam non sentirent in assertiōnibus reliquis erroneis de origine processus inquisitorii.

(s) Vide, quae notabimus infra §. VI. seq.

(t) Praesumitur enim id, quod apud omnes gentes receptum est, suo modo a iure naturae originem ducere, aut certae naturae rerum, ac regulis prudentiae esse magis conueniens, quam id, quod demum nouioribus temporibus a certo populo uel ordine est introductum, donec probetur contrarium.

(u) Id enim secundum regulas bonaे disputationis per ea, quae §. praeced. notauimus, hic probari debet.

sentientibus (w), adiuuabimus eos bona fide, et plura <sup>adiuuabi-</sup>  
pro inquisitorio processu afferemus argumenta, quam <sup>mus.</sup>  
apud ipsos deprehendimus, subjunctis breuiter respon-  
sionibus.

## §. VI.

Igitur initio Principis uel iudicis officium consi-  
stit in eo, ne delicta maneat impunita, ergo etiam offi-  
cium iudicis consistet in eo, ut inquirat in delicta, etiam si  
nemo accuset. Respondeo, (1.) probat hoc argumen-  
tum saltem utilitatem inquisitionis tanquam remedii  
extraordinarii, non uero tanquam remedii ordinarii (x).  
(2.) Nec prius firmiter infertur, si addas priori proposi-  
tioni, officium iudicis consistere, ne delicta maneant im-  
punita, limitationem, si quis poenam a iudice postulet.  
(y) (3.) Officium iudicis in genere consistit in eo, ut in ad-

B

mini-

I. Argumen-  
tum ab offi-  
cio iudicis  
in genere.

(w) Vix enim alia inuenimus, quam sequentia, iudici incumbere, ut delicta puniantur: At uero hoc sine processu Inquisitorio fieri non posse, ergo ius Naturale, dum ius dat ad finem, dedisse etiam censere ad media, sine quibus finis obtineri nequit. Nemini enim inuitum cogi ad accusandum. Quare si accusator non existeret, plurima delicta impunita mansura esse cum insigni Reipubl. detimento. Item processus accusatoris saepe durare plures annos, at processum inquisitorium esse summarium etc.

(x) Adde, quod hoc argumen-  
tum etiam probet saltem utilita-  
tem inquisitionis in genere, non  
processus inquisitorii in specie  
per dicta ad §. III. lit. q.

(y) Scilicet uti in actionibus ci-  
uilibus officium iudicis consistit  
in administratione iustitiae, si iu-  
dex imploretur ab actore, pro-  
pterea tamen officium iudicis  
non postulat, ut hanc imploratus  
inquirat aduersus eos, qui id,  
quod secundum regulas iustitiae  
facere debent, etiam iniustissime  
facere negligunt, ita etiam par-  
uidetur esse ratio iudiciorum

cri-

ministranda iustitia non sit partialis , unde ex natura iudicij cuiusvis tres ad quodlibet iudicium constitendum requiruntur personae distinctae : actoris uel, accusatoris, rei et iudicis. (z).

## §. VII.

criminalium , ut iudex puniat delicta , si aliquis ex populo adsit , qui accuset reum , non autem , si , cum omnibus ex populo accusare permisum sit , nemo tamen ex populo inueniatur , qui administrationem iustitiae postulet . Scio quidem , etiam in ciuilibus officiis iudicis distingui in nobile et mercenarium ; adeoque forte dissentientes ad officium iudicis nobile referent , ut inquirat in delicta , si nemo accuset ; sed scio etiam , in ciuilibus officiis iudicis nobile usum habere post actionem institutam , nunquam uero extendi eo , ut iudex actoris partes sustineat . Breuiter : committit hoc argumentum petitionem principii . Id enim totum in quaestione est : an iudex tenetur ex officio inquirere in delicta , si accusatores deficiant .

(z) Vti enim nemo potest se ipsum conuenire , ita etiam nemo potest iudicare in causa propria . Nec sufficit , quod dicatur , in processu inquisitorio indicia sustine-

re uices accusatoris . Indicia enim sunt facti circumstantiae . At accusator persona est , et hec aperte confunduntur persona et facta , quorum alias natura in iure diuersissima est : et adeo haec etiam palliatio petit principium . Eadem est ratio alterius effugii , scilicet iudicem etiam debere esse sollicitum de defensione rei , ne uidelicet hic iniusti quid patiatur . Nam ut taceam , istud saltet doceri in theoria , nusquam uero deprehendi in praxi ; ipsa assertio haec totum processum inquisitorium magis reddit suspectum , ut non dicam ridiculum . Secundum illam enim unica tantum erit persona in processu inquisitorio , uidelicet iudicis , qui simul actoris et rei partes sustinebit . Qui risum populo excitare volunt , solent ei fabulam exhibere , ubi quis simul iudicem , actorem , et reum agit . Praeuacationis crimen est , cum quis partes actoris et rei in processu accusatorio sustinet . Quomodo

## §. VII.

At ex propria confessione nostra possunt casus existere , ubi deficiant accusatores , et quidem cum euidenti damno reipublicae(a). Ergo hic saltem opus erit processu inquisitorio. Negamus et hoc , quia alia media adhiberi possunt, saluo processu accusatorio (b).

## §. VIII.

At in processu accusatorio accusatores , in primis praemiis excitati , saepe sunt calumniatores. Ergo hic saltem utilitatem praestabit processus inquisitorius. Et hoc negamus , partim , cum et in hoc casu alia ad sint media , saluo processu accusatorio(c) , partim , quia processus

B 2

<sup>2. Argumen-</sup>  
<sup>tum a defi-</sup>  
<sup>cientia accu-</sup>  
<sup>satorum.</sup>

<sup>3. a calu-</sup>  
<sup>mnia accu-</sup>  
<sup>satorum.</sup>

modo igitur iudicem liberabimus a praeuaricatione , si insuper simul sit iudex. Quodsi dicas : praeuaricator est , qui aper te personam unam sustinet , occul te autem alteri parti fauet ; regeram , idem posse in processu inquisitorio iudici occini , quod aperte simulet , quod accusatori s partes sustineat , occul te tamen , sorte corruptus a reo huic faueat , aut quod aperte simulet quidem , quod sit sollicitus de defensione rei , occul te tamen omnia agat , quo reus con demnetur. Ut taceam , in eo , qui iubetur accusatori s partes sustinere , et tamen sollicitus esse de rei defensione , quaecunque eius praeuaricatio nunquam degredi possit , cum ita non adsit

modus secernendi ea , quae a perte aut occul te faciat etc.

(a) Vide dicta ad §. 3. lit. p.

(b) Scilicet si Princeps vel iudex non foueat delinquentes , si accusatores aduersus potentes reos aut eorum multitudinem sufficienter protegat. Si praemiis excitet accusatores ad accusationem. Si certas personas decliner , quarum officium consistat in eo , ut delinquentes accusent , non tam secundum regulas processus inistorii , neque ut hi accusatores ab eius nutu ! et arbitrio dependeant , ne obstant dicta ad §. I. lit. c.

(c) Si uidelicet iustis accusatori bus dentur præmia , iniulti et calumniatores grauiter puniantur

(d) Ere-

12 TRACTATVS IVRIDICVS, DE ORIGINE  
sus inquisitorius in hoc passu magis abusui est obno-  
xius (d).

4. Quod  
in processu  
inquisitorio  
puniuntur  
etiam deli-  
cta occulta.

Solet et illud afferri pro praestantia processus in-  
quisitorii, quod hic inquiratur etiam in delicta occul-  
ta, et quae absque testibus committi solent, nec post se  
relinquent opus in sensu incurrens. Verum enim ue-  
ro hic iterum supponitur tanquam indubitatum, quod  
tamen ualde dubium est, quasi scilicet expeditat Rei-  
publicae, omnia delicta occulta punienda esse (e).

§. IX.

(d) Etenim, ut infra uidemus  
§. 13. lit. p. q. r. in processu inqui-  
sitorio denunciantes per calu-  
mniam, in primis si denunciatio  
iurata sit, fere nunquam puniun-  
tur, aut certe non nisi rarissime.  
Fac etiam, horum calumniam  
sufficienter coēceri, quis coēr-  
cabit iudicem iniuste hic proce-  
dentem. Actio civilis aduersus  
iudicem in causis ciuilibus inique  
iudicantem exultat in foro, et  
si in theoria quotidie inculcetur.  
Scilicet ob potentiam iudicium,  
ob diuturnitatem processus, et  
difficultatem probandi iniquita-  
tem a iudice commissam. At in  
processu criminali inquisitorio  
ad huc difficilior redderetur pro-  
batio, cum ex dicendis appareat,  
quod in processu inquisitorio  
plura capita relinquantur iudi-  
cis arbitrio, quam in processu

quocunque ciuili, uel accusatorio.  
(e) Scopus Reipubl. cuiusvis in  
puniendi delictis est, ne alii, qui  
similiter delinquere poterant, ir-  
ritentur ad delinquendum, si ui-  
deant, delicta esse impunita. Sed  
quomodo irritabuntur illi, qui  
bus incognitum est, an aliquod  
commissum sit delictum? De oc-  
cultis non iudicat Ecclesia. Cur  
respubl. igitur de occultis iudica-  
re deberet? In primis cum forum  
reipublicae sit externum, ecclesi-  
ae uero forum communiter dica-  
tur esse internum, an recte id fiat,  
iam non disputo. Sed tamen alii,  
quamvis pauci, sciunt, delictum  
occulte esse commissum. Saltem  
ergo haec non debebant esse im-  
punita. At uero de his non lo-  
quimur. Et fac etiam, de illis  
sermonem esse, ad talia sufficer  
processus accumulatorius. Si ur-  
geas

## §. X.

Verum in processu inquisitorio etiam delicta non occulta puniuntur, quae alias poenam a lege ciuili constitutam non habent, et in quibus adeo non locum habet processus accusatorius, ut g. delicta carnis a legibus ciuilibus neglecta adeoque horum saltem intuitu commendabitur processus inquisitorius p[ro]ae accusatorio. Nos uero inuertimus argumentum, et potius quaerimus, quis potestatem dederit inuentoribus processus inquisitorii, ut potestatem legislatoriam sibi arrogauerint, et uitia cum criminibus contra principia moralia et iuridica confuderint. (f).

B 3

## §. XI.

geas, saltem delinquentem occulte irritari ad delictum idem repetendum, uel maiora etiam patranda, si non statim puniatur; respondebo: in uiribus humanis non esse, ut omnia irritamenta ad delinquendum, tantum abest, ut omnia occulta irritamenta tollantur e Republica, ergo nec extirpationem eiusmodi irritamentorum esse finem Reipubl. Deinde finem suum obtinebit resp[on]s[ib]ilia, si hic, qui antea occulte deliquit, postea puniatur, cum testes adsunt delictore petito. Neque enim in potestate delinquentium est, ut delicta semper occulte committant, in primis cum postea securius agere soleant, nec tantam circumspetionem, ut antea, adhibeant.

(f) Vitium et crimen ualde differunt. Crimen est, quod laedit praecpta iustitiae, cuius administrandae gratia res publicae sunt institutae. Vitium uero uiolat insuper praecpta honesti et decori. Virtus sui ipsius praemium. Vitium sui ipsius poena. Si urges: Imo honorem uirtutis praemium esse, regeram, dedecus et ignominiana esse uitiorum poenam. Si Legislator istam normam secutus poenam saltem statuit criminibus, quo iure aliis in Republica ex uitiis omnibus crimina efficere audet, cur potestatem legislatoriam ad se non pertinentem uel fraude sibi vindicat? Taceo, quod ualde suspectam reddat hanc praerogatiuam processus inquisitorii, quod

*§. Quod ex  
non occultis  
etiam illa,  
qua legibus  
ciuilibus  
non coercen-  
tur poenis.*

## §. XI.

6. quod processus inquisitoris non omnia licet iudici pro libidine sua et mero arbitrio agere; verum adiutori*is infatuendus sit*, strictus est ad certa indicia, tanquam ad normam. Imo secundum potius ad incerta, et quorum determinatio arbitrio eius, normam certorum in dictionum et si non mero, saltem ualde laxo, et nullis certis regulis adstricto subiacet (g). Adde, quod et hoc intuitu nulla sit differentia inter processum inquisitorium et accusatorium, cum et accusatoribus praescripta sit probatio similiūm indiciorum ad obtinendam capturam et torturam reorum (h).

## §. XII.

quod saltem uitia uoluptatis notent, quae fere communem omnium honestatū uel minimum adiutorum detestationem incurront. Cur non etiam notarunt poenitentia ambitionis et auaritiae, Zelum intempestiuū fraudes, scilicet pias, hypocrisias etc.

(g) Constit. Crim. art. 18. Die selben Sachen, oder Wahrzeichen, so ein redlich gnuglām Anzeigen, Argwohn, oder Verdacht geben, seynd nicht möglich alle zu beschreiben. Damit aber dennoch die Ambteuten, Richter und Urtheiler, so sonst dieser Sachen nicht bericht seyn, desto baß mehrcken mögen, woraus eine redliche Anzeigung ic. können kan; so sind deshalb die nachfolgende Gleichnūß ic. hernach gesetzt. Idem postea repetitur art. 24. Sed haec intentio uix obtineret

potest destinatum finem. Si enim iudices sint imperiti, non eruditiores reddentur per similia, quia similia non probant, sed illustrant. Si sunt periti et eruditi, non opus habent doctrina ex loco similiūm. Ergo patet, quod prolixior etiam doctrina de sufficientibus indiciis nullam possit dare praerogativam processui inquisitorio, praecipue accusatorio, quatenus haec doctrina multis abusibus apud imperitos iudices aut malitiosos, sub praetextu tamen iuris, semper erit obnoxia.

(h) Scilicet si respicias processum accusatorium, etiam nouiorum temporum. Constit. Crim. art. 12. uerbis: Nemlich, daß er, der Ankläger, wo er die peinliche Rechtfertigung nicht ausfüh-

ren

## §. XII.

In eo tamen forte praestantior erit processus inquisitorius prae accusatorio saltem veteri, aut qui apud alias gentes adhuc in usu est (i), quod in accusatorio rei etiam propter indicia condemnentur, in inquisitorio nunquam condemnentur super solis indiciis, sed uel factum ipsum debeat probari, uel confessio rei adesse (k). Imo nec sic aliquid obtinebis. Quid si enim indicia sint luce meridiana clariora (l), quid obstat, quo minus condemna-

7. quod in  
processu in-  
qvisitorio  
rei non con-  
demnentur  
sive confessio  
ne ob solam  
diccia.

ren, und die geflagte Misserthat oder aber redliche Anzeigung etc. derselben, in ziemlicher Zeit, die ihm der Richter setzen würde, nicht dermassen bewies etc. Ergo posito, quod etiam illa indicia et eorum probatio certitudinem quandam habeant, ramen, quatenus habeant, nullam dabunt praerogatiuam iure Naturae processui inquisitorio, prae accusatorio.

(i) V. g. Apud Romanos et Graecos olim, ubi tortura non erat in usu, aut saltem aduersus seruos usurpabatur. Item hodie apud Anglos aliquosque populos. Nam ex Constitutione Criminalli hac parte iterum nulla est differentia inter processuum inquisitorium et accusatorium per art. 12. iunero art. 22. de quo statim.

(k) Dicto art. 22. Es ist auch

zu merken, daß niemand auf einigerley Anzeigung etc. endlich zu peinlicher Straff soll verurtheilet werden, sondern allein peinlich mag man darauf fragen etc. dann soll jemand endlich zu peinliche Straffe verurtheilet werden, daß muß aus eigen Bekennen oder Beweisung etc. bestehen, und nicht auf Vermuthung, oder Anzeigen.

(l) Nec mirum hoc alicui uideri poterit, quomodo indicia possint dici luce meridiana clariora, cum indicia saltem faciant prae sumptiones et suspicione, aur argumenta uerosimilitudina saltem, et ita lubrica et fragilia. Sed facilis est responsio, ea que multiplex: 1. Omnia argumenta, quibus probatur crimen, parunt saltem uerosimilitudinem in iudice, non scientiam. Testes u. g. quid si enim sunt

demnari possit reus, etiam ob sola, sed talia tamen indicia, sine confessione (m)? Deinde, si uel maxime robur aliquod huic argumento inesset, ualeret aliquid, si confessio delinquentis esset spontanea, et non tormentis, saepe grauioribus ipsa poena (n), extorta,

§. XIII.

sint falsi testes, aut qui deponant de rebus incredibilibus, aut bona fide errent etc. Confessio, etiam spontanea. Quid si enim reus ex melancholia confiteatur crimen, etiam ubi de corpore delicti constat etc. 2. Vero similitudo, praesumptio, suspicio habet suos gradus, ita, ut ex illis nonnullae proxime accedant ad scientiam, quae et propterea a Doctoribus violentae, aut praesumptiones iuris, et de iure dicuntur. Vnde et commentatores mirifice ad d. avr. 22, inter se dissentunt, an et quatenus praesumptiones possint sufficere ad condemnationem. 3. Indicium luce meridianâ clarius illud est, quod quidem non probat actum immediate ultimum delicti consummati, sed tamen accusit antecedentes et concomitantes, ita, ut nulla ratio dubitandi subsit, quam reus delictum tamen negans pro in nocentia sua afferre possit, que ullam verosimilitudinem habeat. 4. Etiam confessio per torturam

extorta nullum addit pondus indicis praecedentibus, quia tortura sine respectu ad illa indicia praegnanta er violenta (id est, quae quasi vim faciunt iudici, ut ob perspicuitatem eorum et cvidentiam cogatur fidem iis habere) in se aequa est res fragibilis et lubrica.

(m) Et hae dicebantur ab antiquis probationes artificiales, de quibus uide declamationes Quintiliani, et Seneca, item Orationes Ciceronis passim. Habes simul causam, cur hodie in processibus criminalibus exulent probationes illae veterum artificiales, ubi processus inquisitorius dominatur. Scilicet, ob persuasionem, quasi istae probationes faciant saltem indicia et suspiciones, ac quasi omnis certitudo dependeat demum a confessione per torturam extorta. Locum tamen habent adhuc hodie in illis locis, ubi solus obtinet processus accusatorius, ut in Anglia. (n) Non equidem negari potest, quod

## §. XIII.

Quemadmodum autem hactenus dicta non solum monstrarunt, processum inquisitorium prae accusatorio nequaquam iure Naturae comprobari, sed et simul ostenderunt, processum inquisitorium multas ini-

Demonstra-  
tio iniquita-  
tis sub pro-  
cessu inqui-  
sitorio la-

C qui-

quod olim apud Romanos, ubi nondum liberi homines torquebantur, probationes artificiales delictorum et condemnations ex solis indicis locum habebant; sed et illud notandum, quod instantibus temporibus poenae capitales quae uitam homini adimunt, et corporis afflictuas nondum essent receptae, unde etiam communiter Doctores ad d. art. 22.

**C. C. C.** concedunt, in eiusmodi delictis, quorum poena saltem est pecuniaria, aut relegatio, posse ex indicis et praefumtionibus aliquem condemnari, non uero id procedere in delictis, quae poenam capitatis aut corporis afflictuam secum ferunt. Interim neque hic multum lucrabuntur defensores processus inquisitorii. Nam initio non absque ratione aduersus ipsos urgeri potest: quod haec exceptio tantum nihil proficit processui inquisitorio, donec probetur, utilitatem reipl. postulare, ut poenae capitales in delicta statuantur. Vbi tamen

iterum variae quaestiones affines non erunt confundendae. 1. An poenae capitales et corporis afflictuas repugnant iuri Naturae, aut saltem Christianismo? Hanc negamus, quamvis facile excusemus dissentientes. 2. An postrepublica prudenter administrari, ubi nullae poenae corporis afflictuas et uitam adimentes sunt in usu. Hanc affirmamus. 3. Vtrum prudentius sit, poenas capitales dictare delictis quibusdam, an uero ultra poenas pecuniarias et relegationes, in Republica grauiores non admittere? hic neutrā assertiōnem uniuersaliter affirmandam aut negandam esse, censemus, sed pro diuersitate circumstantiarum et status Reipublicae, modo illam, modo hanc praeualere debere. 4. Vtrum indicium bene sehabentis Reipublicae esse possit, ubi delicta quaedam, sub praetextu iustitiae et zeli singularis, non tantum capitalibus, sed etiam maxime dolorificis, et longius

## 18 TRACTATUS IURIDICUS, DE ORIGINE

*entis pro-  
pter cefun-  
dum poe-  
nam calu-  
niae.*

quitates, frustra occultatas inuoluere; ita posterius uel ex eo appareret, si rationes hactenus memoratae deficerent, quod in omnibus bene constitutis Rebus publicis, ubi processus accusatorius fuit receptus, poenae graues etiam in temerarios et falsos accusatores fuerint constitutae (o), at in processu inquisitorio nullum remedium sufficiens datur terrendi calumniatores, sive iudices, siue delatores (p), aut reis innocentibus per eiusmodi calumni-

gius duranribus ac delinquentes ualde torquentibus coercentur. Hanc negamus et firmiter arbitramur, tales poenas inuentum esse solius tyrannidis. Declaratione autem mentis nostrae ulterior petenda est ex infra suis locis dicendis. His uero ita suppositis, facile deinde color pro processu inquisitorio allatus inuerti potest. Scilicet dolendum esse, quod, cum alias nullum sit dubium, torturam esse grauiorem omnibus poenis pecuniarii, et relegationibus, ad palliandam aliquo modo iniustitiam torturae, inuentae sint poenae crudeliores omnibus crudelis torturae generibus; ac sic causam dari saepius, inquisitis etiam innocentibus, ut ad euitandam crudelitatem torturae, et crudeliora adhuc supplicia solatium quaerant in autocheiria. Denique demus etiam, aliquem ob probationem artificialem indiciorum propinquorum etiam, non posse conde-

mnari ad morrem, (quamuis et his contrarium sit receptum in Anglia) quaenam regula iuris aut prudentiae exigit, ut necesse sit, aut saltem prudenter actum, eum ad cruentam confessionem torquere; aut, ut non melius sit, eum uel impunitum relinquere ob non probatum delictum, aut saltem hoc in casu poenam pecuniariam, aut relegatione non graviorem eidem dictare.

(o) Docebunt id latius dicenda in sequentibus de Republ. Mosaica & Romana.

(p) Quia vel plane nulla poena est dictata aduersus iudices et delatores, iniuste processum inquisitorium dirigentes, aut per calumniam denunciantes, vel si maxime poenae mentio fiat in legibus, de processu inquisitorio latiss, rarissime tamen illa uel applicatur, uel etiam ob mox dicenda difficultime applicari potest.

lumniām grauiter laesī satis factionēm procurāndī (q), quin potius variae ab inuentoribus processus inquisitorii inuentae sunt palliations, quibus etiam euidentissimi et palpabiles calumniatores omnem poenam euadere queunt (r).

## §. XIV.

Ut taceam, torturae et carcerum squalidorum usum, si non originem, saltem potissima incrementa debere inuentoribus processus inquisitorii (s).

## §. XV.

Postquam hactenus ad oculum demonstrauimus, processum inquisitorium non oriri ex iure naturae, sed potius in multis capitib⁹ dictamini rectae rationis aduersari, iam facile praeuideri potest, quod scriptura sacra eum haut quaquam introduxit, aut commentauerit; sed quod dicta scripturae eam in rem ab autoribus et defensoribus processus inquisitorii allata, non nisi per torturam euidentissimam extrahantur, cum scriptura sacra nihil doceat, quod dictamini rectae rationis sit aduersum (t).

## C. 2

Item propter incrementa torturae, et carcerum squalidorum.

(q) Nam primo diuturnitas processus ad refaciendum datum et restitucionem famae instituendi, reddit fere eiusmodi actiones inanes, deinde potentia iudicium, quae regulariter ita comparata est, ut ad sacram et peram redacti inquisiti innocentes aduersus eam ne hiscere quidem audeant, eos terror.

versus uitia denunciauerint, intuitu iudicium, quod bona fide et secundum arbitrium ipsius a processu inquisitorio indultum, inquisitionem formauerint, quod acta ad collegia prudenter transmiserint, et secundum responsa ab his data eam continuarint etc.

(r) V.g. Intuitu denunciantium, quod delictum ex intentione Christiana et iusto zelo ad-

(s) Clarius id ostendent dicenda inferius, ubi de uera processus inquisitorii origine agemus.

(t) Docet quidem sacra scriptura supra

20 TRACTATVS IVRIDICVS, DE ORIGINE

§. XVI.

Sed uel sola  
relatio di-  
ectorum S.  
Scripturae  
contrarium  
doceant.

Vnde non opus habebimus, ut subtilibus distinctionibus aut profundis meditationibus utamur in responsionibus ad textus Bibliorum, pro demonstranda origine processus inquisitorii allatos, sed uel sola recensio eorum ostendet argumentationis ineptitudinem et insufficientiam, si modo seponamus autoritatem eorum, qui talia proferunt (u).

§. XVII.

1. Genes.  
XVIII. 20.

Initio adducitur dictum Geneseos 18. uers. 20. et  
21. ubi Deus ad Abrahamum dicit, quod uelit inquirere, an fama de impietate ciuum Sodomæ et Gomorrae cum rei conueniat veritate. Sed exinde nihil amplius probatur, quam, quod incumbat magistratu, ut inquirat in delicta publica et notoria, non, ut instituat processum inquisitorium (w).

§. XVIII.

2. Exod. II.  
11. seq.

Porro allegatur factum Mosis, interficiens Agyptium,

supra naturalia, sed non contradictoria rectæ rationi. Mirandum tamen maxime, qui fiat, quod crassissimi errores in Iurisprudentia Naturali hactenus fere unice, etiam apud protestantes, ex scriptura sacra fuerint defensi, et restauratores iurisprudentiae naturalis, tanquam impii Doctores, et qui doceant ea, quae sacræ literis repugnant, fuerint per calumniam traducti; sed haec omnia referenda sunt ad reliquias Papatus. Nun-

quam enim Scriptura sacra id dicit, quod uolunt dissentientes, sed autoritas veterum Ecclesiae Doctorum in Papatu, alienum sensum dictis Scripturæ imponentium, huius mali unica est causa.

(u) Vnde nec hic allegabimus autores, qui talia dicta proferre solent, ne autoritas eorum lectors incertos terreat, aut ne uideamus iis uelle insultare.

(w) Repete dicta ad §. III. lit. q.

(x) Hinc

ptium , quod refertur *Exodi II, u. ii. seqq.* impertinenter plane. Vti enim ex hoc facto Mosis , extraordinario plane , et ex speciali instinctu diuino perpetrato nequam iustificari poterit factum priuati , ex intempeſtuo zelo , Mosen imitari uolentis , ita tum demum ad hoc dictum respondebimus , si exinde secundum regulas legitimae disputationis fiat argumentum , cuius conclusio sit : Ergo a Mose introductus fuit inquisitorius processus.

## §. XIX.

Porro *Deuteronomio XIII, u. 12. seqq.* Moses quidem <sup>Deuter.</sup>  
*XIII. u. 12. seq.* praecipit populo Israëlitico , ut si audiuerint , ueros quos-  
 dam improbos in quapiam Hebraeorum urbe palam se-  
 duxisse alios ad cultum idololatricum , nec tamen poe-  
 nas debitas tulisse , in eum rumorem diligenter inqui-  
 rere , et si ueritatem rumoris deprehenderint , ui bel-  
 lica eam urbem totam deuouere debeant , sed quis  
 exinde uelit inferre , quod Moses introduxit processum  
 inquisitorium.

## §. XX.

Eadem fere est ratio dicti , huic affinis , *Deuteronomio XVII, u. 4.* ubi iterum Moses iubet idololatram post diligen-  
 tem inquisitionem ueritatis , lapidibus obrutum occidi  
 debere , nisi quod in praecedente loco plane non sermo-  
 sit de processu judiciali , hic uero supponatur quidem  
 processus judicialis , sed non inquisitorius (x).

## C 3

## §. XXI.

(x) Hinc recte Julius Clarus ( fruſtra propter ea notata a Carpzouio *Pract. Crim. q. 103. n. 14.*) notauit inquisitionem in cri- mina (late ſic dictam) uel ad que-

relam partis seu accusationem , uel ex officio (ſcilicet per inquisi- tionem ſtricte ſic dictam) for- marii.

(y) Nam

## §. XXI.

*s. Iosuae VII. v. 19.* Sed ita tamen negare non poterimus, quod *Iosua* citra processum accusatorium processus inquisitorius aduersus Hachanem a *Iosua* fuerit institutus. Ita quidem est, sed uti, qui ad hunc locum prouocant, ipsi met fatentur, processum hunc inquisitorum plane fuisse singularem, (et ita a processu inquisitorio, quem nos descripsimus, diuersum (y) per illum locum nil amplius probatur, etiam forte ex intentione eorum, qui ad eum prouocant, quam quod rectae rationi non repugner, si ex officio magistratus, deficiente accusatore, quandoque inquirat in criminis, quod nemo negavit (z).

## §. XXII.

*6. Proverb. XX. u. 8. XXIV. u. 11.* Porro nobis non licuit esse tam beatos, ut cum dissentientibus, in Proverbiis Salomonis *XX. 8. & XXIV. v. u. (a)* potuerimus invenire fundamenta ullius processus inquisitorii, tantum abest, ut illius, quem descripsimus. Ergo res tota relinquenda Lectori, qui lynceis forte oculis textus illos adspiciendo illud inventum ibi reperire possit.

## §. XXIII.

(y) Nam 1) speciali iussu Dei instituebatur; 2) adhibita sorte tanquam remedio inuestigandi supranaturali. 3) Hachan sponte crimen absque ulla tortura profitebatur.

(z) *Vid. supra §. II. lit. I.*

(a) In priori loco dicit Salomon: *Regem, in loco judicij sedentem, oculis mentis sua omnia mala dispellere.* In posteriore

docet; *succurrendum esse iis, quos alii per iniustam uiolentiam interficere velint.* Prius dictum etiam quadrat ad accusatorium processum. Posteriori forte plane non respicit ad processum, sed ad uiolentiam extra-iudicialem, ita, ut sic locus pararellitus cum *Pf. LXXXII. uerf. 4.* Aut si respicit, habebis eius explicationem in libro de

Su-

## §. XXIII.

Idem sentiendum de dicto *Rom. XIII. u. i.* Vt enim illud dictum a multis parum apte adducrum fuit, ad probandum assertionem, quod Deus sit causa immediata M-iestatis, ita multo minus aptum est ad probandum processum inquisitorium, etiam si uersiculos sequentes adiungas.

## §. XXIV.

Denique nec parabola *Luc. XVI. u. i. seqq.* de Domino inquirente in maleuerationem oeconomi sui, ullo modo aliquid facere potest ad demonstrandam originem processus inquisitorii, aut ad eius iustificationem; et si Pontifex (b) id eum protulerit in finem. Solent enim Pontifices quidlibet ex quolibet Scripturae textu probare.

## §. XXV.

Id tamen dissimulare nolumus, recte a dissentientibus notari eos, qui ut probent, sine accusatione non licet tam esse inquisitionem, provocant ad dictum Christi in Evangelio de muliere, coram ipso de adulterio accusata: *Mulier, si nemo te accusat, nec ego te condemnno, quasi exinde clarissime pateat sine accusatione, ne quidem de iure diuino reum alicuius delicti ad poenam esse condemnandum.* Nam Christus in illo dicto neque ad processum accusatorium, neque ad inquisitorium respexit, sed innuere uoluit, quod ipsius officium sit, saluare homines, non condemnare (c).

## §. XXVI.

Susanna, ubi Daniel observans hoc praeceptum assistebat innocentia reae in processu accusatorio.

(b) Vt et dierum Geneseos,

de quo §. XVII. vide infra §. LIII. ubi locus est descri-  
ptus.

(c) Vid. Carpzovii Pr. Cr. q.  
103. n. 26. et 37.

*7. Rom.  
XIII. u. i.*

*8. Lucae  
XVI. i. seq.*

*Dictum ta-  
men Job.  
VIII. u. ii.  
nibil etiam  
probat con-  
tra proce-  
sum inqui-  
sitorium.*

## §. XXVI.

*Interim res-  
publica Isra-  
élitica igno-  
ravit proce-  
ssum inquisi-  
torium?*

Interim tamen negari etiam nequit, quod in Republica Israélitica solus processus accusatorius in criminalibus ordinarie fuerit receptus, atque characteres processus inquisitorii, ab initio indicati, ibi plane exulaerint (d). Vnde facile iudicari poterit, quod communis Rerum publicarum necessitas et utilitas non postulet, ut processus inquisitorius introducatur in Rempublicam, aut processui accusatorio paeferatur (e).

## §. XXVII.

*Et solus ac-  
cusatorius  
ibi fuit rece-  
ptus*

Initio accusatorium processum fuisse receptum in Republica Israélitica, passim ex sacris literis (f) constat, consentientibus hac in parte Rabbinis (g), et qui de Republica Iu-

(d) Utramque assertionem probabunt sequentia.

(e) Nam si postularet communis Rerum publicarum necessitas et utilitas inquisitorii processus introductionem, haud dubie Deus per Mosen eriam in sua Republ. eum introduxisset. Et quia Rempublica Israélitica a Deo ipso instituta, est omnium sapientissima ac perfectissima in hoc imperfecto statu humani generis, nullum est dubium, quin Deus etiam introduxisset processum inquisitorium in Rempublicam Israéliticam, si saltem praestantior esset accusatorio.

(f) Videatur e. g. *Deuter. XIX. 17. et XXV.*

(g) Sed hoc argumentum saltem considero ut illustrans. Nam etiamsi Rabbini dissentient, parum nostrae noceret sententiae. Horum enim commentis maiorem fidem de rebus antiquis loquentibus non habemus, quam otiosis Monachis apud Christianos et eorum fabellis, quas finixerunt de iis, quae primis post Christum natum seculis gesta sunt, cum Clerico in *Dissert. de Synedr. 72. Viror. §. 6.* Quod uero hac in quaestione consentiant Rabbini cum S. Scriptura, quoad assertionem hanc generali, patebit ex illis, quae magna industria colligit Seldenus de *Synedr. Veter. Hebræorum Lib.*

Iudaica scripserunt (h), solum uero processum accusatorium ordinarie fuisse receptum, constat exinde, quod dissen-

*Lib. II. capi 13. de eius opere tamen prudenter iudicavit i-*  
*dem Ioh. Clericus ibid. §. 7.* oprandum uidelicet esse, ut a uiro doctissimo non minor diligentia exhibita fuisset in diuidicando et secerendo uero a falso, quam in colligendo eo, quod pertinet ad Synedrium, ex scriptis Rabbinorum; ita enim multo utilius fore eius opus, interim tamen gratias ipsi agendas esse ob exantlatum laborem collectionis, quem ipse subire noller.

(h) Apud Cunaeum quidem ea de re nihil inuenire potui. At Siganus de Republ. Hebraeor. Lib. VI. c. 7. habet sequentia: *Ordo rei apud iudices peragendae ferme fuit huiusmodi: Qui no-*  
*men deferre alterius cupiebat,* is ferme aut Regem, aut Pontificem, aut Principes odibat, reuunque denunciabat. *Quo fa-*  
*cto illi ministros ad hominem capiendum mittebant, et si res tu-*  
*lissem, eborarem etiam a praefecto templi acceptam adiiciebant,* eumque ad se adductum firme in carcere, atque in custodia militari habebant, donec de

ido iudicaretur. Inde uniuerso conuocato concilio opera cognitione dabatur. Intendebatur autem ab accusatore crimen et poena bis uerbis: *Iudicium mortis est uiro huic, quia hoc aut illud fecit.* Repellebatnr autem a defensore bis: *iudicium mortis non est uiro huic, quia illud non fecit, aut quia iuste fecit.* Vbi uero perorata uirinque causa erat, tum iudicibus suffragia dabantur, atque ille pro numero sententiarum aut condemnabatur, aut absolviebatur. Vbi uero res ad Romanos redacta est etc. Etsi uero haec uerba ultima restentur, quod Siganus hic loquatur de temporibus Reipubl. Iudaicae ante Romanorum Imperium, tamen etiam ex toto capite constat, quod non solum ad statum primum Reipubl. de quo nos potissimum sumus solliciti, respiciat Siganus, sed etiam plurima ibi afferaat, quae pertinent ad statum Reipubl. sub Regibus, ubi tamen iam non parua alteratio status primacui erat facta.

26 TRACTATVS IVRIDICVS, DE ORIGINE  
dissentientes nulquam in sacris paginis possint docere  
processum inquisitorium (i).

§. XXVIII.

*Nec inquisitio instituta in delictis occultis.* Deinde noluit etiam Diuinam Numen inquire, deficientibus accusatoribus, in delicta occulta (k), ubi nullum corpus delicti, grauissima, ubi etiam de corpore delicti constaret, processum inquisitorium instituere praecepit. (l)

§. XXIX.

*Neque omnia uitia sive occulta, sive non occulta inquiri, aut ea puniri iussit, in quae postea autores processus iuquisitorii, et si sint occultissima, inquiri uoluerunt.* Ita pro criminibus puniendis non fuere habita apud Hebraeos bigamia, concubitus mariti cum soluta, stuprum uirginis et uiduae honeste uiuentis, tantum

(i) Ut patet ex dictis hactenus a. §. 15.

(k) Quo nomine alias processus inquisitorius commendari solet per dicta superius §. 9.

(l) Deuter. XI. 1. seq. Cum in terra, qua possidenda leboua Deus tuus te donat, inuenietur confessus et iacens in agro, neque notum erit, quis cum occiderit, tunc exhibent senes tui, seu iudices etc. Sument uitulam etc. Deinde etc. ducent in etc. uallem etc. atque illuc uitulam caput amputabunt etc. Omnes

uero senes urbis illius proximi confozzo, manus suas abluent supra uitulam, cui in ualle caput amputatum fuerit, et respondentes dicent: manus nostras non effuderunt sanguinem hunc, neque oculi nostri caedem uide runt. Propitius esto, O leboua, populo tuo Israëli, quem liberasti, neque caedem hominis innocui imponas populo tuo Israëli. Sic expiabitur illis is sanguis etc. Illustrabit etiam hic locus ea, quae superius ad d. §. 9, annotauimus, quod scilicet utilitas Rei-

tum abest, ut processus inquisitorius in iis locum habuerit (m).

### §. XXX.

Porro ignorauit Respublica Hebraeorum carceres Ignoti illis (n) squalido et torturam cum suis indiciis. Sed si squalidi, ut reus non conuinceretur de crimine per duos testes, absolviebatur a poena capitali (o). Neque adeo tum temporis persuasus erat populus Israëliticus, ac si Magistratus DEi iram excitaret, si non torqueret reum, quem unicus testis nocentem esse dixerat, etiam aliis accendentibus indiciis.

### §. XXXI.

Denique etsi Moses iussu diuino nonnullis delicitis poenas capitales imposuerit, easque satis terribiles, non tamen erant illae inhumanae et crudeles, quales secundum tamen tulit processus inquisitorius (p). Nec rigor etiam

Reipublicae non postuler, ut omnia delicta occulta puniantur.

(m) Exod. XXII. u. 16. Deuter. XXII. u. 28. Conf. Deuter. XXI. u. 10. et. XXII. u. 13. seq. ubi quidem in priore loco permisum erat Israëlitæ circa matrimonium concubere cum captiua, iu posteriori licebat quidem marito accusare sponsam deforamat, sed non inquereretur in delictum circa accusationem. Confer dicta superius §. 10.

(n) De carcera vide supra locum Car. Sigonii descriptum ad

§. 27. lit. b. uerbis: ferme in carcere.

(o) Idque saepius repetitur in lege Diuina Num. XXXV. u. 30. Deut. XVIII. u. 6. XIX. u. 15. Etiam in homicidio.

(p) Hic initio notandum exsipationem delinquentis a populo suo, cuius saepè fit mentio in lege Mosaica, non denotare semper poenam capitalem ab hominibus inferendam, sed saepè innuere iudicia Dei occulta. Locus perspicuus est Leuit. XX. u. 5. iunct. uerfic. praeced. Confer. Genes. XVII. 14. ubi iterum non potest existimari.

28 TRACTATUS IURIDICUS, DE ORIGINE  
tantus in earum applicatione, qualem communiter  
per

XXX.

extirpatione intelligi de poena capitali. Deinde poena capitales quatuor generum apud Israëlitas erant usitatae, nimisrum poena gladii, strangulationis, Seldenus de I. N. et G. secundum disciplinam Hebraeorum Lib. VII. cap. 6. p. 854. et fusius de Synedriis Lib. II. c. 13. §. 4. seq. p. 890. Sigonius de Republica Hebr. Lib. VI. cap. 8. qui loco suspendii crucifixionem recenset. Sed rectius subiungit, quod iudaci crucifixionis poenam a Pilato postulauerint, non legibus suis, sed Romanis. De gradibus harum poenarum ita Selenius d. p. 890. *Cratior babebatur lapidatio, quam combustio, atque bac gladio, ut et hic strangulatione.* Sed hic circa tradita Rabbinorum cautela est adhibenda, cuius iam meminimus ad §. XXVII. lit. g. Vnde dubium an recte se habeant ista, quae sequuntur apud Seldenum p. 891 seq. *Comburendus simo immurbatur usque ad genua. Tum lineum durius, molliori innotatum, collo eius circumdatum a testibus binc inde trahebatur, usque dum* os aperiret, in quod stannum aut plumbum liquefactum iniciabant, quo viscera comburerentur. Gladii poena erat decollatio. Strangulandus simo etiam immurbatur usque ad genua. Tunc lineo guttare ei constrictum, usque dum animam efflaret: Trabea suspedio, saxe, quibus lapidandus interiit. Gladius, quo quis sic decollatus, et lineum iato di tum in strangulatione, uidetur etiam illud in combustione adbibutum. Id equidem non mirandum, quod strangulatio aut suspedium pro miriori poena habita fuerit a Rabbinis, quam gladius, unde et dicere soliti sunt: *quod Moses ipsos docuerit; omne mortis infligendae genus in lege simpliciter seu generatim sine adiectione aliqua dictum, significare strangulationem*) secus ac nos existimamus. Nam saepius in infligendis poenis grauioribus poenae existimatur ex opinione hominum, saepe variante aut falsis conceptibus subnixa. Si rem ipsam speces, nec strangulatio, nec decollatio delinquentem dolore corporis afficit, sed utrobius que

que partiens in momento omni  
fensione priuatur. Ira notum est,  
quod apud nos aliquem fame aut  
siti necare, pro crudeli mortisge-  
nere habeatur. Contra Tacitus  
et alii scriptores historiae Augu-  
stae memorant, sub Tiberio,  
Nerone ere, multos sponte fame  
fesse necasse. Sed de combustionē  
dicta Rabbinorum non sunt uero-  
similia. De ipsa poena combus-  
tionis in lege mosaica unicum  
saltem deprehendi locum *Levit.*  
*XX. v. 14.* similiiter *Sigonius d.*  
*c. 8.* hunc unicum locum allegat.  
Ad quem recte notat Clericus,  
descriptionē illam combustionē  
Rabbinicam, uix posse com-  
bustionem uocari. Vnde uehe-  
menter dubit; an eiusmodi  
supplicium esset apud ueteres  
Hebraeos. Ego insuper dubito,  
an strangulatio sit modus delin-  
quentem adigendi, ut eos ape-  
riat, deinde siaperiat, an, ubi gu-  
lla est obstricta per linteum, pos-  
sit infundi plumbum liquefa-  
ctum ad viscera comburenda  
pertingens. Sed quicquid tamen  
huius sit, cum in *d. i. Leuitici* me-  
moretur disserre poena combustionis,  
et uero similiter autores  
processus inquisitorii poenam  
uinicomburii sub colore illius lo-  
ci in Rempublicam Christianam  
introduxerint, valde obstat sen-  
tentiae nostrae, quod Deus nul-

lam poenam crudelem in Re-  
publica sua introduixerit, pree-  
ceptum combustionis. Imo non  
concipi potest, quomodo Rabbi-  
ni dicere possint, combustionem  
lapidatione fuisse mitiorem. Et  
clericus *ad d. cap. 20. Leu. uers. 2.*  
contrarium habet: *lapidationem*  
*post uinicomburium fuisse poenam*  
*grauiissimam.* Lapidationis nero  
modum describit Seldenus *d. p.*  
*891.* *Lopidabatur reus ad banc mo-*  
*dum. E fugge stabinis hominis sta-*  
*tavisi ito a testibus pronus in sa-*  
*xum deliciabatur, nudus praeter*  
*uerenda, sed foemina non alibi uu-*  
*da, quam in pectore quod in saxum*  
*illidendum. Si non ita moviretur,*  
*iactu lapidum populus circumflans*  
*eum interficiebar.* Sed forsitan et  
haec referenda sunt ad fabulas  
Rabbinicas. Scriptura de lapida-  
tione loquens saltem mentionem  
facit de lapidibus in reum a  
populo coniectis, et in historia  
*Iosuae*, ubi Deus etiam iussorat  
combustionem, hoc preeceptum  
sic intellectum fuit, ut prius, an-  
tequam rei comburerentur, la-  
pidatione necarentur. *10. i. II.*  
*v. 15. it. 24. seq.* Vnde non male  
colligit Clericus *ad uers. 25.* eum  
morem Hebraeorum fuisse, ut  
prius lapidibus interirent, qui e-  
rant comburendi. Adeoque et  
hoc dubium iam est expeditum.

## 30 TRACTATUS IURIDICUS DE ORIGINE

persuadere voluerunt autores processus inquisitorii (q).

## §. XXXII.

*Contra fal-  
sorum testi-  
um poena  
grauiissima.* Quin et sapientissime a diuino Nume fuit prouisum, ne temerarii accusatores impunes manerent, quod iterum in processu inquisitorio non obseruari intuitu denunciatorum, iam notauiimus (r). Etsi enim de falsae accusationis poena nihil legatur in lege Mosaica, sufficit tamen, quod falsi testimonii poena grauissima sanciatur Deut. XIX. u. 16. seq. At uero testes et accusatores in idem quasi apud Hebraeos recidebant (s), imo et denunciatores (t).

## §. XXXIII.

(q) Ita notum est, communiter hactenus doctum fuisse, poenam homicidii capitalem ita esse ex iure uniuersali deductam, ut nulla remissio eius locum habeat, qualiscunque demum homo fuerit imperfectus, sed contrarium docet lex Mosaica diserte Exod. XXI. u. 13. seq. Intuitu homicidii voluntarii quidem, sed non insidiouse praemeditati, item uerf. 20. seq. ratione homicidii in seruuel ancilla commissi. Vide latius Dn. Praefid. *Dissert. de iure aggraviandi Principis Evangelici in causis homicidii cap. 4. §. 5.*

(r) Supra §. 13.

(s) Selenus *d. cap. 13. §. 3.  
p. m. 887.*

(t) Vide locum ex Sigonio supra descriptum §. 27. lit. b. Et quamvis id videatur parum conuenire cum dictamine rectae rationis, et moribus apud alias gentes receptis, ut denunciator et accusator testis sit, tamen illa inconuenientia est saltet apparens, et inde profluens, quod apud illos, ubi accusator et denunciator testis esse nequit, poena Mosaica testium falsorum non simul sit usu recepta, sed parum apte neglecta. Confer. Domini Praefid. *Diss. de Fide Iuridica cap.*

## §. XXXIII.

hunc Pergo ad Graecos , de quibus tamen pauca erunt dicenda , cum non meminerim , quandam originem processus inquisitorii a Graecis deriuasse . Sufficiat itaque quaedam annotasse ex legibus Atheniensium Spartanorumque . Athenienses quod concernit , satis ex Luciano , (u) , Demosthene (w) , ac Maximo Tyro (x) constat , quam alieni fuerint Athenienses a criteriis processus inquisitorii a nobis descripti .

Inter Graecos Athenienses solus processum accusatoriū approbarunt,

## §. XXXIV.

cap. 2. §. 10. 33. 36. 54. 57. seq.

(u) Lucianus de non temere credendo columnae T. I. p. 818. ex uersione Melanchthonis: Ea est extrema iniuria (clanculum infectare absentes) uel optimorum Liatorum iudicio Solonis , et Draconis , qui iure iurando Se natum Atheniensem adstrinxere , ut pari benignitate graciaque tam reum , quam actorum iudex audiat , dum alterius causam honestorem intelligat . Scelerum et crudelium iudicium esse , si quid statuatur antea , quoniam cum accusatio ne comparata sit defensio . Ad haec sibi male propitiis Deos redidunt isti , qui cum accusanti au res libere indulserint , reo doneciant , aut praestigiis capiē de latoriis missitantes condemnant .

(w) Demosthenes in Aristogitonem Orat. II. Quapropter et Solon tardas plebeis ; Magistris , populique gubernatoribus uelocius constituit poenas ; quod existimabat , de illis quo quis tempore supplicium sumi posse ; bos moram ultionis non permittere .

(x) Maximus Tyrius Dissert. 39. Ac quid Deus quidem , ac quomodo colendus ? Nec enīm haec curant mille illi iudices faba lecti : neque Solon de his quicquid omnino statuit ; nec Draconis uenerandae illae Leges . Sed in ius uocare , accusare , deferre , rationem facti exposcere , calumniae juramentum exigere , aut praestare , et quae-

## §. XXXIV.

*Item et Lacedaemonii.* hos quicquam reperire licet , quod faueat processui inquisitorio , quin potius iudice Nicolao Cragio , multa ab his mutari possent Christiani ad emendationem causarum criminalium (y).

## §. XXXV.

quaeunque istiusmodi , haec sunt illa , que in Helaea aguntur.

(y) Cragius de Republica Lacedemonior. Lib. IV. cap. 8. p. 436. In iudicis capitealibus hoc peculiare , ut causa semper in dies complures ampliaretur et proserretur , nec statim iudicium absoluereetur. Deinde ut in reatu nihilominus qui accusatus erat , manaret , et si accusator minus probaverat , quod intenderat. Vtriusque ratio redditur , quod Lacedaemonii , ab iis , quae semel decreuerant , non recederent. Idem Cragius Cap. 10. Lacedaemonii quamvis ii in poenis praetaliis severiores et rigidiiores essent , non alia exquisita poenarum genera recepta esse , aut , quam quse passim in usu , uidelicet haec sex: damnnum , vincula , uerbera , ignomiam , exilium et mortem. Mortis uero genus hoc unicum fuisse iustatum , obseruat idem p. 456.

uidelicet strangulationem , quae collo in laqueum inferto anima damnata elidebatur. Denique in fine p. 458. concludit : Lacedaemoniorum exemplo discere possebant haud dubie multa Christiani magistratus , quibus legum querandom inquitatem et supplicium atrociter emendare licet. Sed in hac iudiciorum corruptela et suppliciorum duritate , quoniam et innoxii passim in omnibus Rebus publicis affiguntur , uix forte auemendatio sperari poterit. Forte tamen ranta non in omnibus fuit aquitas Legum Spartorum , ut Christianis exempli loco proponantur , quod fuisse deduxit Dominus Praeses in lectionibus priuatiss de prudencia Legislatoria. Plura de processu criminali apud Graecos collegit Iohannes Philippus Pfeiffer Lib II. Antiquitat. Graecarum cap. 24. sequentibus , sed quae

## §. XXXV.

**Restant Romani.** Vbi mirari liceret, qui factum fuerit, ut communi errore ab his deriuari soleat origo processus inquisitorii, cum tamen et Pandectae et Constitutiones Imperatoriaie nil nisi ptocessum accusatorium (z) recenseant, et poenas calumniantium accusatorum (a) indicent, et torturam olim non nisi rariissime, et intuitu processus inquisitorii, recentioribus etiam temporibus, non ita promiscue usurpatam esse testentur (b), et carceres nolint inter poenas referri (c) etc.

Romani  
saltem ba-  
buerunt  
processum  
accusatori-  
um.

## §. XXXVI.

quae cum iudicio sunt distinguaenda.

(z) *t. ff. et C. de Accusationibus et Inscriptionibus.*

(a) *Eodem tit. et t. t. ff. de praevaricato it. ff. et C. de Columnis. tor. et ad SCtum Turpilianum.*

(b) *t. t. ff. et C. de questionib. Videatur omnino de origine et progressu torturae apud Romanos Schliter. Exercit. 49. §. 119. et seq., quem exscribere nolumus. Vlpianus recte L. 1. §. 23. de Quæstion: Etenim res est fragilis (quæstio) et periculosa, et quæ ueritatem fallat. Namque plerique patientia sive duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis ueritas nullo modo possit; alii tanta sunt impatientia, ut in quoquis mentiri, quam pati tormenta uelint;*

ita sit, ut etiam uario modo fa-  
teantur, ut non tantum se, ue-  
rum etiam alios comminentur.

(c) *Idem Vlpianus L. 8. §. 9. de Poenis: Carcer ad contineendos homines non ad puniendos haberi debet. Interim non diffirendum est, sub statu Imperatorio quaedam praeludia quasi aut concomitantia processus inquisitorii paulatim irrepsisse, irtore squalorem carcerum, poenas carcerum l. 1. et 2. C. de Custodia reor: tormenta carcerum l. 7. pr. ff. de pos. l. 15. §. 41. de Injur., tormentorum extensionem ad liberos homines, sub praetextu uane rationis, et perpetrationem criminis, quod tamen per torturam inquirendum erat, ut certam supponentis. L. 3. C. de*

E Quæst.

## §. XXXVI.

*Claræa de  
re testimoni-  
nia.*

Imo adhuc magis mirandum , unde audacia illa prouenerit , cum tot testimonia diserta scriptorum aliorumque virorum Romanorum ad sint , perspicue testantia , sine accusatione et omnibus ad processum accusatorum pertinentibus , non licuisse apud Romanos reos criminum condemnare , neque solum in statu Reipubl. liberae , sed et sub Imperatoribus (d).

## §. XXXVII.

*Quæst. Conf. Schilter. Exerc. 49.  
§. 103.* poenas capitales etiam crudeliores , cum initio Reipubl. Romanae ultra aquae et ignis interdictionem non procederetur , ut uel tyronibus ex Institutionibus notum est. Interim ramen ipse processus inquisitorius fuit res adhuc iuri Iustini-aneo incognita.

(d) Cicero pro Roscio Amerino. Quare facile omnes patimur esse quamplurimos accusatores , quod innocens , si accusatus sit , absolui potest , nocens , nisi accusatus fuerit , condemnari non potest . Festus Act. XXV. u. 16. Non est consuetudo Romanis , dare aliquem hominem ad perditio- nem , priusquam accusatus ad conspectum habeat accusatores , locumque defensionis accipiat de cri- minatione . Tertullianus in libro ad Scapulam ; Pudens missum

ad se Christianum cum elogio , concussione eius intellectu dimi- sit , scilicet eodem elogio , sine accu- satore negans , se auditurum ho- minem , secundum mandatum . D. Marcus apud Gallicanum : non possumus reum facere , quem nullus accusat . Ambro- sius Lib. VIII. Epist. ad Syna- grium : Si leges publicas in- terrogemus , et accusatorem exi- gunt . Denique ipsi Imperato- res Honorius et Theodosius L. ult. C. de accusat : Accusatio- nis ordinem iam dudum legi- bus institutum seruari iubemus , ut , quicunque in discrimen capi- tis accer- situr , non statim reus , qui accusari potuit , existimetur : ne subiectam innocentiam fe- rianus . Sed quisquis ille est , qui crimen intendit , in iudi- cium ueniat , nomen rei indicet ; uinculm inscriptionis arripi- at ,

## §. XXXVII.

Sed mirari desine. Quae apud nos in usu sunt, pro sanctis et sapientibus habemus, ac eadem, uel talia apud omnes populos et gentes in usu fuisse, primo nobis, deinde aliis persuaderemus, et ut finiem nostrum obtineamus, quaecunque saltem umbra uerosimilitudinis in aliorum scriptis appareat, quae hoc trahi possit, eam arripimus, et si sponte sequi nolit, torquemus. Hic naevus communis humani generis etiam ICtos celebrerimus ita occoecavit, aut potius plusquam lynceos efficit, ut in textibus iuris Romani processum inquisitorium uiderent, qui tamen ibi nusquam appetet (e).

## §. XXXVIII.

Prodeat initio Pomponianus. Hic inter alia memorat; (f) Cornelium Syllam quaestiones publicas constituisse, ueluti de falso, de parricidio, de scariis. Vides hic, a-

Responde-  
tur I. ad L.  
2. §. 32. ff.  
de O. I.

E 2

iunt,

piat, custodia similitudinem &c. patiatur, nec impunitatem fore nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad uindictam poscat similitudo supplicii etc.

(e) Simili modo excusandi sunt B. Patres Ecclesiae, quando ex eadem imbecillitate humana saepissime torserunt dicta S. Scripturae ad mores et doctrinas receptas suorum temporum. Excusandi sunt, inquam, non sequendi. Nos uero in quaestione praesente eadem facilitate ostendemus imbecillitatem textuum iuris ciuilis pro-

processu inquisitorio adductorum, qua idem monstrauimus supra in textibus sacrarum literarum; ita, ut non opus habeamus, ut cum aliis distinguamus inter inquisitionem generalem et specialem, aut inter remedia ordinaria et extraordinaria. Sed una saltem responsio generalis nostra. Umbra saltem, et saepne umbra quidem processus inquisitorii appetet in legibus Romanis, in quibus processum inquisitorium quaesuiere Doctores.

(f) L. 2, §. 32. de O. I.

36 TRACTATUS IVRIDICVS, DE ORIGINE

iunt, iam tempore Cornelii Syllae , adhuc in libera Rep. quamuis ad occasum uergente , in his criminibus institutae sunt *quaestiones publicae*, ergo ibi locum habuit processus inquisitorius. Quis negaret ? Addere potuissent etiam titulum Digestorum de *Quaestionibus* , aut etiam titulum de *interrogationibus* in iure faciendis. Fit et ibi mentio *quaestionum* et *interrogationum*. Ergo cur non et ibi lateret inquisitorius processus (g).

§. XXXIX.

22. ad L. 13.  
de Officiis  
Praefidis.

Similiter Vlpianus (h) dicit : Congruere bono et graciui Praefidi curare , ut pacata atque quieta prouincia sit, eumque id non difficile obtenturum, si sollicite agat , ut malis bo-minibus prouincia careat , eosque conquirat : nam et sacri-legos , latrones , plagiarios , fures conquirere debet : et prout quisque deliquerit , in eum animaduertere , receptoresque eorum coercere. Atqui hic dicunt , plus est , quam sim-plex quaestio , est conquisitio delinquentium. Bene. Sed conquisitio non est inquisitio (i), non magis ac conduc-tio inductio , aut conscriptio , inscriptio.

§. XLI.

(g) Sensus apud Pomponium est: Olim non licebat ulli magistrati in ciuem Romanum sine speciali iussu populi Romani animaduertere. Donec Anno V. C. 604. Praetores ordinarii creati sunt, qui de repetundis pecu-latu , maiestate , et de ambitu ordinarie iudicarent. His adiecit Sylla *quaestiones de falso, par-*  
*ricidio, sicariis. Vnde et magi-*

stratus ipsi quaestorum u. g. de parricidio nomen accipiebant. Quaestores, a quaerendo, qui conquirerent publicas pecunias et maleficia. Vinnius et Cocceius ad istum Pomponii locum. Fenestella de Magistrat. Romanis cap. 3. Pomponius Laetus de Magistrat. Rom. cap. 17.

(h) L. 13. pr. de Offic. Praefid.  
(i) Conquirere zusammensu-  
chen

Imo vero, urgebunt dissentientes, ista distinctio  
tua inter quaestione*m.* conquisitionem, ei*inquisitionem*  
grammatica est, sed si ad quaestione*m.* praesentem appli-  
cetur, ineptissima. Etenim dum SCtum iubet publicam  
quaestione*m.* de familia necatorum habendam esse, Vlpia-  
nus explicet, quid per quaestione*m.* hic intelligatur: quaes-  
tionem autem, ait (k), sic accipimus, non tormenta tantum,  
sed omnem inquisitionem et defensionem mortis. Habes  
ergo hic diserte inquisitionem, ut ne hiscere quidem con-  
tra possis. Quid iam dicemus? Adiuuabimus dissentientes, et processum inquisitorium etiam deducemus  
*ex inquisitione*, secundum quam tutores dabantur a ma-  
gistratibus, quibus potestas dandi tutores competebat. (l).

## §. li. X L I.

Attamen in Irénachis saltem inuenerunt Dd. pro-  
cessum inquisitorium (m), de quibus alibi Vlpianus plu-  
ribus reor.

chen, auſſuchen. Inquirere  
unterſuchen, indagare, scrutari,  
inuestigare. Videantur Lexico-  
graphi. Hic textus est palladium  
dissentientium, quo ablato, reli-  
qua ſua ſponte corrunt. Vides,  
quam lubrico ſaepe fundamento  
nitantur doctrinae eruditorum.  
Sentiens iſta Feltmannus in Com-  
ment. ad d. l. §. 4. conquirere et  
hic rō inquirere ſub ſe compre-  
hendere ait, adeoque uernacule  
tam auſſuchen, quamunteruſchen  
denotare; ſed maiore fiducia et

pudore assertionem hanc etiam  
negamus.

(k) L. i. §. 25. de SCtto Sila-  
niano.

(l) Scilicet ſi ineptiae ſerio pro-  
ponantur, oleum et operam per-  
dit, qui ferio respondere uelit.  
Interim ſeriam responseionem re-  
petat ex ſupra dictis §. III. lit. q.  
item §. XVII. maxime §.  
XX. lit. x.

(m) Vide Anton. Matthaeum  
de Criminibus ad Lib. 48. tit. 20.  
cap. 1. n. 3. et 4. Huberum in

4. ad l. 6.  
de Cuffod. et  
exhibit.  
rer.

Prae-

## 38 TRACTATVS IVRIDICVS, DE ORIGINE

ribus agit. Res mira, cum diserte Vlpianus (n) dicat, non esse eorum epistolis credendum. Item: Irenarchas interrogaciones suas ad cognitionem magistratus mittere debere, et eos, qui cum elogio mixtuntur, ex integro audiendos esse, et quasi re integra, si quis erit, qui eos arguat. Igitur potius Vlpianus pro nostra sententia est allegandus (o).

## §. XLII.

1. ad L. 6. §.

3. ad SCtum  
Turpili-  
num.

Ergo, missò Vlpiano, succurrat dissentientibus aemulus Vlpiani, Paulus Ictus. Videamus. Ait hic (p) Nunciatores, qui per notoria indicia produnt, notoriis suis assistere tenentur. Sed nec hic textus proderit dissentientibus. Nunciatores enim sunt ipsi irenarchae, quel quid simile (q). Notoria uero sunt elogia irenarcharum (r). Et dum irenarchae elogiis hisce assistere iubentur, potius inde probatur processus accusatorius, quam inquisitorius (s).

## §. XLIII.

Praelectionibus ad ff. tit. de cust.  
& exhibit. reor. n. 3. & 4.)

quamuis nec ipsi inter se con-

ueniant.

(n) Vlpianus L. 6. de Cu-  
stod. et Exhib. reor.

(o) Adde Dionys. Gothofre-  
dum, in not. ad d. L. 3.

(p) L. 6. §. 3. ad SCtum  
Turpil.

(q) Dion. Gothofr. ibid.

(r) Augustinus Epist. 160.  
Circumcelliones et clericos quo-  
dam Donatistarum, cura eorum,

qui disciplinas publicae inser-  
uiunt, praemissa notoria ad iu-  
dicia legesque perduxit. Et in  
Epist. 159. Qui non accusan-  
ibus nostris, sed illorum notoria,  
ad quos tuendae pacis uigilantia  
pertinebat, praesentari uideantur  
exanimi.

(s) Repete dicta §. praeced. et  
locum Tertulliani supra §. 37.  
lit. d. descriptum. Vnde frustra  
et absque ratione addita dissentit  
Schilterus Exerc. 49. §. 154.

## §. XLIII.

Iam ad Constitutiones Principum progrediamur. 6. ad l. 7.C.  
 Urgent dissentientes, Imperatorem Gordianum rescri-  
 psisse (t) : *Ea quidem, quae per officium Praefidibus denunci-  
 antur, et citra solennia accusacionum posse perpendi, inco-  
 gnitum non est.* Vides hic, inquiunt, in talibus non lo-  
 cum habet processus accusatorius, ergo inquisitorius  
 (u). Sed incivile est, nisi tota lege perspecta, uelle iu-  
 dicare. Sequitur enim statim : *Verum non fas, nec ne-  
 notoriis insinulatus sit, perpenso iudicio dispici* debet. Quae  
 uerba satis innuunt, in prioribus uerbis non agi de pu-  
 niendis delinquentibus, sed de alio negotio, quodcun-  
 que id demum fuerit (w).

## §. XLIV.

Sed forte statim sub Imperatoribus Christianis 7. ad L 1. C.  
 incepit inquisitorius processus. Iubet enim imperator  
 Constantinus (x) : *In quacunque causa reo exhibito, siue ac-  
 cusator existat, siue eum publicae sollicitudinis cura perduxe-  
 rit, statim debere questionem fieri, ut noxiis puniatur in-  
 nocens absoluatur.* Sane hic satis aperte processus accu-  
 satorius et inquisitorius distinguuntur, et iubentur iudi-  
 ces, etiam si accusator non existat, reum uel condemnare,  
 uel absolvere, quod satis arguit, factum id esse pro-  
 cessu inquisitorio. Sed exspecta paulisper. Quid est,  
 quod Constantinus statim subiungat : *Quodsi accusator  
 aberit ad tempus, aut sociorum praesentia necessaria uidea-  
 tur*

(t) L. 7. C. de Accusation.

(u) Conf. Huberum citat. ad §. 42. lit. m.

(w) Adde L. 8. et 14. C. Eod.

et Dionys. Gothofred. ad illos  
tres textus.

(x) L. 1. C. de Custod. reor.

48 TRACTATVS IVRIDICVS, DE ORIGINE

tur, id quidem deber quam celerrime procurari. Vides, nihil aliud vult Costantinus in tota lege, quam ut processus accusatorius quam proxime debeat expediri, et rei in squalidis carceribus non diu detineri (y).

§. XL V.

8. ad Nou.  
128. cap. 21.

Tandem ad Iustinianum ipsum prouocant Doctores, sed absque effectu. Nil enim amplius iubet Iustinianus, quam ut Magistratus ipsi latrones et raptore reuirere, ac legitimis suppliciis punire, nec hoc officium sub graui poena alij inferioribus demandare debeat (z). Nihil hic de Processu inquisitorio (a).

§. XL VI.

Examina-  
tur senten-  
tia Clariss.  
Bafniagii,  
primam o-  
riginem in-  
quisitionis  
Iustiniano  
ex Procopio  
adscriben-  
tis.

Sed ut sentiant dissentientes, bona fide nos agere, uideamus, annon ex Historicorum testimoniiis processum inquisitorium possimus a Iustiniani institutis aliis deriuare, etiam si illa non sint in Corpus Iuris relata. Succurrit ipsis uir de Historia Ecclesiastica optime meritus Jacobus Basnagius, expressis uerbis primam originem inquisitionis Iustiniano adscribens (b). Sed ut tace-

(y) Ergo sensus uerborum antecedentium ex sequentibus ita est exponendus: Celerrime debet expediri processus accusatorius, siue accusator exsistat, seu statim praesens sit, siue absente accusatore reus exhibetur ab iernachis cum elogio. Interim quam celerrime debere accusatorem absentem euocari, ut accusationem instituat. Adde

Jacobum Gothofredum ad L. 1.  
God. Theodos. b. t. lib. IX, tit.  
3, et supra dicta §. 42.

(z) Nou. 128. c. subemus 21.

(a) Siue per ro require in-  
telligas conquirere, siue inquire-  
re. Repete dicta §. 40. et 41.

(b) Histoire de l' Eglise Liv.  
XXIV. chap. 9. page 1429. L'Em-  
pereur Iustinien, dont l'azarice  
etoit extreme, etablir une charge  
d' inqui-

raceam, eam relationem niti sola autoritate historiae secretae Procopii, scriptoris ualde suspecti, (c) ne quidem ea, quae inde allegat uir clarissimus, in Procopio extant (d).

## §. XLVII.

Ergo unde tandem inquisitorius processus ortum  
ducit? Vnde omnia ratione destituta, quaæ sub specie  
singula.

*Origo pro-  
cessus inqui-  
sitorii ex in-  
re Canoni-  
co.*

d' inquisiteur dans son Empire“ de Iustiniani uitii asservit, sim-  
lequel pouvoir juger toutes sor-“ plieiter reiiciant Eichelius alii-  
tes des personnes, qui eroient“ que defensores Iustiniani. Res  
accusées; magis principalement“ ipsa huc non pertinet. Vide in-  
celles qui commissoient les“ terim Dn. Praesidem in *Dissert.*  
crimes contre nature, ou quin“ de *Fide iuridico cap. 2. § 37. seq.*  
avoient pas des sentimens or-“ Eiusdemque *Cautelas circa praec-*  
thodoxes. Ce juge condamnoit“ *cognita iurisprudentiae cap. 5. §.*  
les accusées sans être obligé“ *68.* Bene Vlpianus *L. t. §. 24.*  
de reproduire ni les témoins, ni“ et *25. de quaestionibus:* *Praete-*  
les accusateurs, tellement qu’“ *rea inimicorum quaestioni fides*  
ils eroient souvent condamné“ *baberi non debet, quia facile*  
nes, sans avoir été convaincus“ *mentiuntur. Nec tamen sub praec-*  
ils perdoient une partie de“ *textu inimicitiarum detrabenda*  
leurs biens, lesquels de“ *erit fides quaestioinis. Causaque*  
meuroient confisques à l’Em-“ *cognita babenda fides, aut nos*  
pereur, et quelque fois ils“ *babenda.* Etsi enim de fide iuri-  
eroient punis de mort. Mais“ *dica loquatur ICtus, multo ma-*  
comme l’avarice avoit erigé ce“ *gis tamen ualebit ea obseruatio*  
tribunal plutôt, que la cruauté,“ *in fide historica.*

(c) Dico suspecti, non testes  
falsi. Etsi de falso testimonio  
ipsum accusent, et quaecunque

(d) Ita enim Procopius pag.  
89. edit. Alemann: *Duos alios*  
*magistratus inuexit. Horum*  
*alterum praetorem plebis voca-*  
*uit, qui fureis uiciscendis prae-*  
*cesset, alterum quaestorem, cui*  
*cognoscendum foret de puer-*

singularis pietatis aut iustitiae in crassissimis superstitionis tenebris orbem Christianum inuaserunt, et ibidem altas egerunt radices, ut nec hodienum post aliquot secula a temporibus Reformationis, omnium eorum irrationabilitas a Protestantibus agnoscatur. Scilicet a Pontificibus Romanis et Iure Canonico (e).

*Non subi-  
tanæ ta-  
men. Olim  
fine accu-  
tore ali-  
quem con-  
demnare  
sunt pro il-  
licito babi-  
zum.*

### §. XLVIII.

Non tamen credendum, quasi subito processus hic inquisitorius Christianum inuaserit orbem. Vti uitia singulos homines pedetentim et gradatim inficiunt, ita et astuta consilia Paparum pedetentim sunt progressa. Olim non erat sic, sed et secundum ipsam doctrinam iuriis

*rum concubinatu, de praeposteris  
mulierum stupris, deque supersti-  
tiosa et falsa religione etc. Quae-  
sitor dicta in reos capit is senten-  
tia quaecunque collibusserit offe-  
rebat Caesari, atque ipse nullo  
iure alienis opibus nibotinus di-  
tescebat. Namque huius magi-  
stratus exactores principio neque  
accusationem petiuerere, neque te-  
stes induxere delictorum; sed hoc  
toto tempore incognita inde-  
mnataque causa rei capite et bono-  
rum praescriptione clam puniti  
sunt. Vides, non hoc dicere Pro-  
copium, quod Iustinianus inflati-  
uerit quæsitorem, data ei potes-  
tate, ut absque accusatoribus et  
testibus damnareret reos, sed poti-*

us, quæsitorem illum, abusum  
sua potestate, per exactores suos  
talia perpetrasse (contra disposi-  
tionem Nouellæ modo allegatae  
128. cap. 21.) connivente  
quamvis Iustiniano. Sed forte  
decepit virum clarissimum titu-  
lus Quæsitoris huic magistratui  
datus, quasi sic instituta esset in-  
quisitio et processus inquisitorius  
a Iustiniano. Confer dicta  
superius ad §. 39. lit. g.

(e) Iam suo tempore Robertus  
Maranta circa annum 1520. flo-  
rens in spec. Auv. Part. 6. n. 48. et  
206. agnouit, processum inquisitorium  
iuri canonico suam debe-  
re originem. Et tamen Prote-  
stantes eam 1Cti tanti amant  
com-

ris Canonici turpe habebatur et illicitum, sine accusatore aliquem condemnare (f).

### §. XLIX.

Sed mutata postea sunt tempora, et his mutatis *Occasio-*  
facile fuit Pontificibus mutare etiam regulas iusti. A-*nem dedit*  
*dorabat populus et uenerabatur omnes eorum torturas tortura*  
*textuum S. Scripturae ad sententiam, quaecunque ipsis *textuum**  
*placeret. Eadem igitur facilitate, qua Scripturam an-*  
*tecessores torserant ad rejicendum processum inquisi-*  
*torium (g), successores obtorto collo traxerunt alia dicta*  
*sacrarum literarum ad eum introducendum (h).*

### §. L.

Incepit etiam fuit corrigerre LL. Ciules circa processum accusatorium, et inimicos repellere ab accusatione (i), item Laicos ab accusatione Clericorum sub

*prae-*

communem errorem ut Maran-  
tae doctrinam indignabunde fe-  
rant, tanquam erroneam.

(f) *Can. Nibil. 4. C. 2. q. 1.*  
*Nihil contra quemlibet accusa-*  
*tum absque legitimo et idoneo*  
*accusatore fiat. Nam et Do-*  
*minus noster Iesus Christus Iu-*  
*dam furem esse sciebat, sed*  
*qui non est accusatus, ideo non*  
*est electus. Item can. de mani-*festis 17. ibidem: Iudicis non est**

*persona assumitur, iudicaria*  
*potestas amittitur. In una*  
*enim eademque causa nullus pot-*  
*est esse simul accusator et ju-*  
*dex.*

(g) *Vt factum Christi intuitu*  
*Iudee, ut modo notatum. Ita di-*  
*cetum Christi Job. 8. de adultera*  
*glossatores, ut Salycetus ad L. 7.*  
*C. de accusation. n. 33. torquent*  
*(uid. supra §. 25.) ad impugnan-*  
*dum processum inquisitorium.*

(h) *Vt Innocentius III. dieta*  
*Genesios, et Lucae. Vide infra*  
*§. 53. lit. o. et supra §. 17. et 24.*

(i) *Cap. 8. 13. 19. X. de accusat.*

F 2

Con-

44 TRACTATVS IVRIDICVS, DE ORIGINE

praetextu, quasi laici sint clericorum inimici (k). Vnde obtenta facultate corrigendi et emendandi leges politicas de accusatorio processu disponentes, facile fuit ulterius progreedi.

Inuenta  
denuncia-  
tio Euangeli-  
ca.

Porro et denunciatio iam erat introducta, differens maxime ab accusatione, quod accusator deberet inscribere nomen, et poenam calumniae pati, denunciatores calumniae poenam non metuerent, sed facile excusarentur praetextu fraternae charitatis (l). Et haec ipsa adeo denunciatio paravit uiam processui inquisitorio (m).

§. LII.

Gonzalez Tellez ad cap. 10. de  
*Accusat.* n. 5. et 6.

(k) Cap. i. 23. et 4 C. ii. 9. 7.  
De inimicitia laicorum in clericos est cap. 5. et 14. ibid. Atque hoc quidem primo intuitu non videbatur esse iniquum, cum et clerici non deberent accusare laicos, can. can. 6. ibid. sed ramen magna larebat fraus, cum clerici tamen possent denunciare et iudicare laicos, non uero laici clericos.

(l) Cap. 16. X. de *Accusat.* et  
ibi Gonzalez Tellez n. 7.

(m) Quis enim accusare uellet, si licet denunciare. Dicit quidem Pontifex in c. *Licet He- li* 31. X. de *Simonia*, quod tribus modis erga delinquentes processu possit, uidelicet per *Accusatio-*

nem, *Denunciationem* et *Inquisitionem* et sudant Canonistae, ut diversitatem inter denunciationser inquisitionem ostendant, sed distinctionibus suis inter denunciationis varias species, pura Evangelicam, iudicalem, Canonicam regularem (uide *Engelium in Colleg. iur. Canon. ad tit. de Accusat.* n. 28. seq. Casp. Zieglerum ad *Lancellot.* lib. 4. tit. 1. §. 1. uerbis: *Per denunciationem*) rem magis implicant, quam expli- cant, ei uerius est denunciationem olim fuisse praecursorem processus inquisitorii, eo uero introdro, eius praeparationem. Conf. Ziegler. d.l. Ipsa denunciatio sic dicta Evangelica, quantumqua est, est abusus dictorum scripturae sacrae, ut uel

ex

## §. LII.

Neque statim publice sancta fuit inquisitio, seu *Objectiones processus iuquitorius*. Sed prius hinc inde, uel ab ipso Pontifice, uel eius speciali iussu, aut permissu ab aliis tenatus (n). Vnde opus habuit Pontifex, iustitiam <sup>contra Pro-cessum iu-  
quitorium</sup> <sup>a Pontifice misere refu-</sup> huius processus inconsueti aduersus *objectiones ipsi facatas* (o), quomuis parum rationabiliter (p) soluere et ordinem inquisitorii processus iustifieare (q).

## §. LIII.

ex attenta perfectione c. 13. X. de *iudiciis*, ubi est eius sedes primaria, uidere licet. Ut dolendum sit ICros etiam Protestantes nequitiam Papalem hic latentem, et Reges bonis suis spoliare intendentem, non sensisse, sed remedium hoc tanquam pium et probum, etiam Augustanae Confessioni addicris commendasse. Vide B. Gothofredum de Iena *de SCto Macedon. Sect. 4. p. 274. seq.* B. Brunnemann. *Iur. Eccles. lib. III. c. 2.* et alios passim. Vnde ualde commendari meretur tractatus Christiani Friderici Iani *de Denunciatione Euangelica, impres-* Jus Wittebergae 1678. ubi nequitiam sub introductione denunciationis Euangelicae larentem suis declarat,

(n) Vide cap. 16. et plura se-  
quentia X. de *Accusat. c. 31. de*

*simonia, cap. un. X. Ut ecclesiaſt. benef. sine diminutione confe-  
rantur. etc. Potissimum illud cap. un. vide plenius in Epistolis Innocentii III. lib. I. Epist. 268.*

(o) *Dicto cap. unio. uerbis: Proponuebas, quod cum nullus debeat sine accusatione damna-  
ri, nec aliquid circa negotium illud sit factum in forma iudicij etc. Item: cum enim juris sit ex-  
plorati, quod actore non probante,  
is, qui conuenitur, etiam si  
nihil praefliterit, debeat absolu-  
ui etc.*

(p) Etenim nihil respondet ad *objectionem, sed pro more ine-  
ptorum disputantium saltem  
contradicit, aut negat conclusio-  
nem ibid. uerbis: porro cum dona-  
rio etc. Similiter inepta est resp.  
Pontificis ad *objectionem, quod  
nemo possit simul esse accusator**

## §. LIII.

*Radices in-  
quisitorii  
processus  
initio Secu-  
li XIII.*

Nullum uero est dubium , quin primas radices processus inquisitorius egerit initio seculi XIII. sub Innocentio III. Papa (r). Nam pleraque , si non omnes Constitutiones Papales , quae de processu inquisitorio primum loquuntur , sunt huius Innocentii (s).

## §. LIV.

iudex (uide §.49. lit. f.) dum torquet pro neganda conclusione dicta Lucae, et Geneleos cap. 17. et 24. x. de accusat. et cap. 31. de simonia et postea ineptissime subiungit, non tanquam sit idem accusator et iudex, sed quasi fama deferente uel denunciante clamore sui officii debitum aequalatur. Et omnino apparet, quam curta Pontifici fuerit suppellex in defendendo suo processu inquisitorio, quod eadem sit lyra, et eadem prope adhibeantur uerba in ipsis tribus capitulis modo allegatis, quamvis ad diuersos et diuersis temporibus datis.

(q) D. cap. unic. verbis: quia uero haec allegatio personam nostram tangere uidebatur, dignum duximus, causam commissae inquisitionis et ordinem plenius explicare; ne quis quodammodo suspicetur, quos nos in hoc ne-

gotio perperam processerimus, praesertim cum ratio assignanda debeat esse posteris profutura.

(r) Qualis et quantus Papa fuerit Innocentius III. uideri potest ex gestis eius ab Anonymo conscriptis, et operi uasto Epistolarum Innocentii, a Stephano Baluzio Parisiis superiore seculo edito, praemissis; ut et ex ipso Epistolarum opere. Scilicet a Pontificiis ut magis heros praedicatur. Lector impartialis uidebit, fuisse hominem non extraordinarie eruditioinis, nec prudentiae, forte tamen eriam nec malitia, stultitia et superstitione communi non imprudenter utentem ad augendum imperium ecclesiasticum, et suppri mendam auctoritatem Magistratus politici. Sedi praefuit ab anno 1198. usque ad annum 1216.

## §. LIV.

Porro quemadmodum hactenus dicta (t) satis docuerunt simul, inuentione hac processus inquisitorii intendisse Pontifices, ut sub specie iustitiae imperium in laicos, uariis artibus diu quaeſitum, confirmaretur (u); ita tyrannidem per processum inquisitorium quaeſitam ulterius ad oculum monstrat, quod uel statim comitata eundem, uel mox fecuta fuerit inquisitio in haereticam (w) prauitatem, per hanc uero, confusiones et turbac uniuersales, ac iniustitiae horrendae sub specie pietatis totum Christianum orbem inundauerit.

*Fructus eius  
officium sc.  
inquisitio-  
nis in here-  
ticos.*

## §. LV.

(s) Silicet cap. 13. de iudiciis, cap. un. Ut eccles. bon. sine dim. conferuantur, c. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 24. X. de accusat. Cap. 31. de Si- minia etc.

(t) A. §. 48. huc usque.

(u) Quod nos probaturos es- se supra §. 2. insine promissimus.

(w) De occulta malitia et origi- ne inquisitionis in haereticos succincte agit Paulus Sarpius in Historia de Origine, forma, legi- bus et usu officii inquisitionis in ciuitate et Dominio Veneto, quae extat in uolum. 3. Oper. ab init. p. 26. seq. Aduersus Paulum Sarpium editus quidem fuit ab anonymo fine die et consule libellus sub titulo: *Risposta all' Historia della sacra inquisitione*, composta già dal R. P. Paolo Ser- uito. Sed quae hic Antor de ori-

gine inquisitionis habet p. 10. seq. non contradicunt Paulo Sarpi, neque eum, ut intendit Autor, er- roris arguunt. Sed potius eius breuiter dicta fusius illustrant et declarant. Res eo redit, ipsum Innocentium III. primum etiam autorem esse officii sacrae inqui- sitionis, et Dominicum primum inquisitorem ab eo aduersus Al- bigentes in Galliae partibus Tho- losanis fusile constitutum, quod postea fusius monstrauit Philipp. a Limborg in Histor. inquisit. lib. I. cap. 10. seq. Iac. Basnagius Hi- stor. eccles. lib. 24. cap. seqq.

(x) Vide Paulum Sarpium, Limborgiūm, Basnagiūm d.d. 4. Edita etiam est anno. 1681. ne- scio ubi, (nam praescriptum Coloniae nomen est valde suspe- crum) satyra elegans sub titulo: *inqui-*

## Conclusio.

Habes ita ueram processus inquisitorii originem in genere. Originem specialem et progressum eiusdem in Germania, ut et usum eiusdem ac abusum hodiernum, et an propter abusus frequentes idem plane tolli (y) et processus accusatorius (z) iterum introduci, debeat, exponere meum institutum non patitur, sed id nego-  
rium aliis discutiendum relinquo.

*quificatione Processata, opera Bo-  
rica curiosa diusa in due Tomi,  
ubi confusione istae per inqui-  
sitionem introductae in omnia  
regna et prouincias Europaeas  
ingeniosissime descriptae legun-  
tur.*

(y) Ita quidem communiter doceri solet, cognito rei abusu eoque nimio, ultim' una cum abusu esse tollendum per leges publicas. Ego uero aliter sentio. Errat Medicus, qui cognito morbo eundem vult tollere per remedia uiolenta contraria, saepe mortem loco sanitatis speratae accelerantia. Ita ICTI et Politici errant qui cognito Reipublicae morbo putant, facillimum esse, inuenire remedia, (uide Dn praefidem in *Not. ad Monzamban. cap. fin. §. 4. lit. o*) aut qui rerum abusus per leges uiolentas tollere autumant. Plane aliter hic procedendum esse, docere eos debebat Tacitus *Annal. lib. III. cap. 52. seq.*

(z) Nihil est ab omni parte beatum. Habet etiam processus ac-  
cusatorius sua incommoda. Notum est, quod in Anglia, ubi solus uiger processus accusatorius, non paucae sint querelae de fal-  
sis testibus, aliisque abusibus. Me-  
dia via incedendum. Vitia Rei-  
publ. dissimilares, aut pro uirtutib.  
commendare, corruptit animos discentium, eosque ine-  
ptos reddit ad Rempubl. bene-  
gereudam. Initium prudentiae  
est agnoscere naevos Reipubl.  
Sed cognitis morbis politicas  
properare uelle ad emendatio-  
nes uiolentas sub specie zeli et  
pietatis, pertinet ad consilia  
pseudo-politica, quibus Ponti-  
fices cum dissidiis uniuersalibus  
totius orbis confirmarunt suum  
Vicereatum in his terris. Et hu-  
ius falsae doctrinae arcaea, in hac  
Euangelii luce ulterius occulta-  
re et non subinde data occasione  
detegere uelle, cordatos am-  
plius haud decer.

FINIS.

1. Delineatio Historia Iuris.
2. De Caractere et Circumspectione Me  
dici ad curandam Fædiositatem  
Processuum exhibendi.
3. Interpretatione Beneficiorum  
Principis ad §. 3. de Const. Princ.
4. Singulari aequitate Legis unica  
6. quando Imperator inter  
pupilos cognoscet.
5. filio sub Conditione si se filium  
probaverit herede instituto.  
ad §. 83 de condit. et demonstr.  
Königswahl Regn. et alij in una  
der Würdigung zum Fabri am.  
gesetz als Herren, König zu un.  
reisam; das war ein Regn sag.
6. Tutelis Von Vermögensaffari
7. Präsumptione bonitatis
8. non rescindendo Contractu con  
ductionis obmetum spectorum

Ab domini summis deo dignis annis  
Minima summa.

T. De Prioritate ac posterioritate  
temporis dubia atque incerta  
Mali dicitur, ut non invenimus quae  
nisi agere tam etiam in denuntiis  
magistrorum vel scolarum usitatum  
sit.

T. In promissor facti liberetur pro-  
stante id quod interest.

T. De actione fidejussionis aduersus de-  
bitorem antequam solvit. Non  
auis illius de jure obligatus  
de jure obligatur, nisi illius  
diligat.

T. — remissione facita pignoris est hy-  
pothecae per remissionem delicti  
et consentium in alienationem  
rei.

T. — Vagabundo, seu de eo, qui est apie  
Domicilio occasione L. 27. I. 2.  
ad Municipium.

14. De origine Procesus inquisitorii  
dem Prosesse der Inquisitions-  
Processe entstehung.
15. — actione injuriarum.
16. — Homicidio lingue dem jung-  
mondl.
17. — Abigeatice dem Vinf-Dinkenbli.
18. — Crimine Bigamia equeq; pre-  
scriptione. Nam tamen ibi  
distinguischatur, inquit, non dem  
jungimus
19. An poence inventum eos infamer-  
ter sint absurdæ et abrogande.
20. De Statuum Imp: potestate legisla-  
toria contra Ius commune.
21. — Iur Principis circa hereticas.
22. Catalogus scriptorum Thoma  
rianorum. 1732.

















01 A 6775.




1078  
1077





Georgius  
Dus



201.

CHRISTIANI THOMASII, I<sup>C</sup>T<sup>I</sup>  
SACRAE REGIAE MAIESTATIS IN BORVSSIA  
CONSILIARI<sup>I</sup> INTIMI, ACADEMIAE FRIDERICIANAE DI-  
RECTORIS, PROFESSORIS IVRIS PRIMARII, AC FA-  
CVLTATIS IVRIDICAE ORDINARII

TRACTATVS IVRIDICVS <sup>14</sup>  
DE  
ORIGINE  
PROCESSVS  
INQVISITORII.

Som Ursprunge  
der INQVISITION= PROCESS- <sup>Ordnung</sup>.

IN ACADEMIA FRIDERICIANA OLIM PVBLICE  
PROPOSITVS.

EDITIO NOVISSIMA PRIORE ACCVRATOR.

WITEBERGAE ET LIPSIAE  
APVD EPHRAIMVM GOTTL<sup>O</sup>B EICHSFELDIVM.  
1735. (6)